

Band VIII., Nr. 2970, Seite 224-226

*Markgraf Hermann (VII.) von Baden urkundet über den Ankauf sämtlicher Güter und Rechte des Friedrich von Echterdingen und seiner Söhne an genanntem Ort durch das Kloster Bebenhausen.

 Im Anschluss an diese Abmachung überträgt Graf Gottfried von Tübingen dem Kloster Bebenhausen das Eigentumsrecht alles dessen, was Friedrich von Echterdingen und seine Söhne von ihm zu Lehen gehabt haben.

 Siegler: Der Aussteller.

 Ebenso Graf Albert von Hohenberg als Vormund der Söhne seines Oheims, weiland des Pfalzgrafen Rudolf von Tübingen.

 Siegler: Der Aussteller. Zeugen wie zuvor, doch fehlen Wolfram von Bernhausen, Friedrich von Nippenburg, Wolfram Truchsess von Stetten. – Datum wie oben.

 Ebenso der Edle Albert von Hoheneck.

 Siegler: Der Aussteller. Zeugen wie bei Graf Gottfried von Tübingen, dessen Name an der Stelle des Albert Hack von Hoheneck steht. – Datum wie oben.

 Ebenso der Edle Konrad Stofeler de Winberc¹.

 Siegler: Der Aussteller. Zeugen wie zuvor mit Graf Gottfried von Tübingen und Albert Hack von Hoheneck. – Datum wie oben.*

Esslingen, 1280. Juni 1.

Nos Hermannus marchio de Badin universis hanc literam inspecturis duximus significandum, quod nobis presentibus et mediantibus reverendi in Christo . . . abbas et conventus monasterii in Bebinhusen ordinis Cisterciensis comparaverunt a Friderico milite de Ahtertingen Marquardo Hainrico et Friderico filiis suis possessiones universas ipsis in dicta villa attinentes et sitas cum omnibus iuribus et attinentiis tam in censibus quam in agris pratis et nemoribus in viis et inviis expressis et occultis ac aliis quibuscumque, exceptis tantum hominibus propriis, cum omni iure, quo ad ipsos libere devoluta sunt, perpetuo possidendas. Hiis ergo bonis omnibus rite ac rationabiliter per dictos monachos comparatis Hainricus Fridericus et Heinricus fratres de Ahtirtingen ipsis humiliter supplicabant, ut medietatem dictorum bonorum sub condicionibus expressis ipsos habere permitterent pro pecunia ipsis contingente. Quam petitionem dicti monachi humiliter admittentes condicione tali preambula, quod cum ipsi centum LXV libris Hallensis monete in instanti Fridericum Marquardum et Heinricum fratres expedire deberent et in festo Martini proximo sequenti totidem, illas centum LXV libras in festo Martini

¹Abgegangene Burg der Herren von Stöffeln, auf dem Weinberg bei Metzingen, RT.

II

dandas Hainricus F[ridericus] et H[einricus] fratres prehabiti finaliter et omnino Friderico filiisque suis persolverent memoratis. Quod si facere nollent, duabus ebdomadis ante festum Martini monachis dictis deberent finaliter intimare et proventus dictorum bonorum deberent in unum locum recolligi in duas partes equaliter dividendi. Si autem dicti fratres easdem centum LXV libras ut pretactum est termino non persolverint prenotato, de medietate ac partitione bonorum prefatorum deberent semoti esse penitus et exclusi nec in posterum super hoc impetitionem vel questionem aliquam habituri. Item sciendum est, quod cum Fridericus et filii sui pretacti de bonis iam dictis quandam decimam a se ipsis titulo pignoris obligatam vellent redimere, una partium alteri ad spatium unius anni prenotificare debet et que partium termino veniente non vult aut non potest redimere, altera ipsam debet redimere sine vexationis gravamine cuiuscumque. Item ius advo[ca]tie tam ipsi monachi quam fratres antedicti habentes insimul debent equaliter uti eo sub iure ac libertate, qua ad ipsos fuerat devolutum. Sed si dicti monachi ius ipsum sive dominium dividere voluerint et partiri, persone fide digni ex utraque parte accite divisioni dicte intersint, cuius etiam divisionis terminus ac spatium duabus ebdomadis debet predicti fratribus sepefatis. Quibus ebdomadis elapsis si fratres iidem a divisione sive partitione dicta se subtraxerint aut eidem interesse noluerint sive impederint quovis modo facientes contra promissionem date fidei coram nobis, in civitatem Ezzelingen debent obstagio mancipari non inde reversuri, quousque divisionem advocatie admiserint pretaxate finaliter atque plene. Preterea tactum est etiam coram nobis, quod Fridericus senior supradictus medietatem curie in Ehtertingen que dicitur Vronhof, qua infeodatus est a comite de Wirtenberch, item redditus duarum librarum item in pratis ad quantitatem dri manemat, que bona omnia estimata sunt valere LXXXX libras Hallensium, quamdiu vixerit, habere debet pacifice et quiete. Quo mortuo redditus duarum librarum et pratum debent monachis cedere prelibatis et si filii sui collationem feodi dicte medietatis curie sive proprietatem non expedierint, ipsi monachi proventus medietatis eiusdem per tres annos fideliter debent colligere cum sumptibus proventuum eorundem. Hiis tribus annis elapsis totum collectum hoc spatio predictis fratribus de Ehtertingen presentari debet atque deinceps singulis annis tantam portionem, quanta de tertia parte fuit habita vel haberi potuit colligendo, tam in frumento quam in denariis dicti monachi eisdem fratribus presentabunt et ipsi monachi dictam curie medietatem libere possidebunt. Quandocumque autem collatio dicti feodi per fratres prescriptos a comite de Wirtenberch fuerit expedita, tunc abbas in Bebinhusen et conventus monachorum ibidem sepedictorum LXXXX libras Hallensium eisdem fratribus presentatis proventus medietatis curie prenotate cum omni iurisdictione quiete et libera debent in perpetuum possidere. Testes, qui dicte emptioni nobis-

III

cum interfuerunt, sunt: comes H[einricus] de Vurstenberch, comes Gotfridus de Bebingen, Al[bertus] Hacke de Hohinecke, S[wickerus] de Blankinstein, Mahtolfus de Gilsten, Reinhardus de Kaluwe milites, D[iemo] dictus Herter, H. dictus Jægelin, H. dictus Nalinger et alii quam plures fide digni. In huius rei testimonium evidens atque certum presens cedula exarata est et nostri sigilli munimine roborata.

 Datum et actum in Ezzelingen, anno domini MCCLXXX., kalendas Junii.

 Testes: nobilis vir Hainricus comes de Furstenberc, Hermannus marchio de Baden, Albertus nobilis dictus Hacge de Hoenekke, Swigerus de Blangenstain, Wlframus de Bernhûsen, Fridericus de Nippinburc, Wolframus dapifer de Steten, Emhardus de Ilswelt, Renhardus de Kalwe, Mahtolfus de Gilsten milites, Diemo dictus Herter.

 Actum et datum in Ezzielingen, anno domini MCCLXXX., kalendas Junii.

—

A: Siegel des Ausstellers, abgebildet: FRIEDRICH OTTO ARISTIDES VON WEECH (HRSG.): Siegel von Urkunden aus dem Grossherzoglich-Badischen General-Landesarchiv zu Karlsruhe, 2 Bde., Frankfurt am Main 1883-86, Tfl. 4, Nr. 1.

 B: Ital. Perg. Siegel von grünem Wachs, rund, 50 mm., im geneigten Schild die Kirchenfahne, Helmzier zwei flügelförmige, mit Lindenzweigen belegte, am äußeren Rand wie es scheint mit Pelz besetzte Schirmbretter. Umschrift (ergänzt): + S . COMITIS . GOTFIDI(!) . DE . TWINGEN.

 C: Siegel s. WUB, Bd. VII, S. 103.

 D: Ital. Perg. Siegel rund, 37 mm., im Schild 3 (2 : 1) Ballen; Umschrift: S . ALBERTI . HACONIS . DE . HOENE . . .

 E: Ital. Perg. Beschädigtes Siegel von grünem Wachs, dreieckig, c. 50 : c. 50 mm., ein aufgerichteter Löwe; von der Umschrift: S . . . VONR FFE

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 508, U 509, U 510, U 511 und U 512

Überlieferung und Textkritik:

Fünf Originale. Übersetzungen jeweils im HStA Stuttgart H 14 Nr. 24,
 A: Heft 9, S. 5,
 B: Heft 6, S. 3 und Heft 23, S. 16b,
 C: Heft 9, S. 1,
 D: Heft 9, S. 3,
 E: Heft 6, S. 5.
 Weitere Übersetzungen von A und D: HStA Stuttgart A 403 Bü 38 b.

Editionen:

A: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 347,
 B: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 349 und Auszug: LUDWIG SCHMID: Geschichte der Pfalzgrafen von Tübingen nach meist ungedruckten Quellen nebst Urkundenbuch. Ein Beitrag zur schwäbischen und deutschen Geschichte, 2 Bde., Tübingen 1853. , S. 95,
 C: LUDWIG SCHMID (HRSG.): Monumenta Hohenbergica. Urkundenbuch zur Geschichte der Grafen von Zollern-Hohenberg und ihrer Grafschaft, mit Siegelbildern, Stuttgart 1862 (Ders.: Geschichte der Grafen von Zollern-Hohenberg und ihrer Grafschaft nach meist ungedru, S. 60 und Auszug: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 351 und Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, S. 58,
 D: Auszug: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 352,
 E: Auszug: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 352.

Regesten:

A: Fester: Regesten Markgrafen von Baden, Nr. 521.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TŪ
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Böblingen Wohnplatz (84)
 Böblingen, BB
 Calw Wohnplatz (6981)
 Calw, CW
 Dapfen : Gomadingen RT
 Dapfen Wohnplatz (15849)
 Echterdingen Wohnplatz (512)
 Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Fürstenberg Wohnplatz (13207)
 Fürstenberg, Hüfingen, VS
 Gültstein Wohnplatz (114)
 Gültstein, Herrenberg, BB
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Hoheneck Wohnplatz (1019)
 Hoheneck, Ludwigsburg, LB
 Ilsfeld Wohnplatz (1993)
 Ilsfeld, HN
 Nippenburg Wohnplatz (1089)
 Nippenburg, Schwieberdingen, LB
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
 Stetten : Kernen im Remstal WN
 Stetten Wohnplatz (1765)
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TŪ
 Weinberg (Burg), Metzingen, RT, W